Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Nu

80.

Ecce autem quida ex nobis super
ana hominis qui non poterat
facere phase in die illo / accedentes
ad moysen et aaron dixerunt
eis / Nos mundi sumus super ana
hominis / Quare fraudamur
vt non valeamus offerre ob
lationes domino in tempore suo / inter
filios israel / Quibus respondit
moyses / State vt audiam
quid praecipiat dominus de vobis /
Locutus est dominus ad moysen
dicens / Loquere filiis israel / Homo
qui fuerit in mundo / super ana
hominis / sive in via / sive pro
cul in gente vestra / faciet
phase domino mense secundo quarta
decima die mensis ad vesperam /
Cum azimis et lactucis agrestibus comedet illud / Non
relinquet ex eo quicquam vsque
mane / et os eius non confringent
omnes ritum phase con
servabunt / Siquis autem mundus
est / et itinere non fuerit / et
tamen non fecerit phase / exterminabitur
anima illa de populis suis / quia
sacrificium domino non obtulit tempore
suo / Peccatum suum ipse portabit /
Peregrinus quoque et aduena / si
fecerit / aput vos faciet pha
se domino iuxta caeremonias / et
iustificationes eius / Praeceptum
idem erit aput vos / tam ad
venam quam in indigenam / Die
die qua erectum est tabernacu
lum / operuit illud nubes / a
vesperam autem super tentorium erat
quasi species ignis vsque mane /
Sic fiebat iugiter / per diem
operiebat illud nubes / per noc
tem quasi species ignis / Quique
ablata fuerat nubes / quae
tabernaculum protegebat / tunc
proficiscebantur filii israel / et in
loco vbi steterat nubes / ibi
castra metabantur / Ad imperium
domini proficiscebantur / et ad im
perium illius figebant taberna
cula / Cunctis diebus quibus sta
bat / nubes super tabernaculum
manebat in eodem loco / Et si
euenisset vt multo tempore manet
super illud / erant filii israel / in
exercitibus suis / et non proficiscebantur
quotiens diebus fuisset
nubes super tabernaculum / Ad im
perium domini erigebant tentoria /
et ad imperium illius deponebant /
Si fuisset nubes a vesperam vsque
mane / et statim diluculo ta
bernaculum reliquisset proficiscebantur / et si post diem et noc
tem recessisset dissipabant te
toria / Si biduo aut vno me
se / vel longiori tempore fuisset
super tabernaculum manebant filii
israel in eodem loco / et non pro
ficiscebantur / statim autem cum
recessisset movebant castra /
per verbum domini figebant tentoria /
et per verbum illius proficiscebantur /
erantque in exercitibus suis iuxta
imperium eius per manum moysi /

Capitulum decimum

Locutus est dominus ad
moysen dicens / Fac
tibi duas tubas argenteas
ductiles / quibus convocare pos
sis multitudinem cum movenda
fuerit castra / Cumque increpuerit
tubis congregabitur ad te omnis
turba ad ostium tabernaculi / Si semel clangueris / ve
niet ad te / principes et capita
multitudinis israel / Sin autem per
longior atque crebrius clangor
increpuerit / movebunt castra